# Quodlibetaria Quaestio agitanda In Scholis Medicorum die 20 februarii.

## M. Joanne Chappelain Primario Regis Med. moderatore.

## An Pulmonum et Thoracis Affectuum Spirandi sequitur difficultas?

In tribus corporis humani ventribus (quod tanquam animali perfecto sita à se invicem distare oportuit) medius thorax est, à superiore claviculis, ista phrenibus ab inferiore distinctus: sterno vertebris, hinc inde costis et pluribus musculis conclusus in duo spatia (qui domicilio vitae accedunt videntur) conformatus est; hic non modo cor medium in corpore sedem sibi vendicans, per se calidum virtutis pulsatilis à facultate vitali distinctus fontem continens: verum etiam et praecipuo suo motu (quo videntur et pulmones aërem attractum elaborantes) ad servandam caloris innati symmetriam, flammamque spiritus animalis nutriendam, voluntatis imperio respirandi officinas, quae thoracis partibus penitus illaesis nunquam difficilis esse potest.

At quoniam ex contrariis conflatae corporis nostri sedes mutationibus propemodum infinitis obnoxia est, et thoracis (et reliquarum partium) optima constitutio tum ab internis causis vel ortis in ipso, vel ex aliis partibus potissimum vero cerebro defluentibus, tum ab externis (quae non minus quam internae aliquando graves et periculosae sunt) per se morbo qui sit sua generationis partem immutantibus immutari solet, in quibus calor et frigus aliena atque pulmonum mollities cum thoracis imbecillitate potiores partes tenent, quarum omnium cognitio (etsi quaedam divina sunt) servando factio medicinam necessaria est.

Hinc vindicarum thoracis partium vitiosis morbis affectarum primo laeduntur actiones: si enim primario cordis facultas ab illis protingatur quemadmodum ipsa peculiari sive temperamento apto exercet suas functiones: sic illo perdunt non solum cordis ipsius, sed etiam cerebri atque iecoris simul tentantur officia, ut in syncope fit; sin autem vitio pulmones corrodi, et ad sanguinis reiectionem totiusque corporis maciem deduci. peripneumonia inflammari, empyemata iuxta ipsos in thoracis concavitate pus confici pleuritide phlegmonem ad membranam costas succingentem inflammatam, nasci, aut alio quodam morbo thoracis partes animali facultati (cuius est tota respiratio) subiectas affici contingat non ista necesse est caeterarum facultatum actiones statim laedi.

Unde cum ad singulos fere thoracis morbos inter caetera symptomata (quibus carere nulli possunt) animalium actionum laesio sit consequens, fieri posse non videtur quin spiritus (qui etiam hominem dormientem non deserit anima nostra) vel debilitatus, vel depravatus operetur, vel aliquando prorsus deficere sentiatur, imo cum larynx, ventriculus, hepar, lien aut intestina, atque adeo uterus in mulieribus affectione quadam graviore infestantur difficultas respirandi non potest non adesse.

Quemadmodum autem cum respirationis organa recte secundum naturam habent, spiritus quantitas thoracis distensionibus similis est. Ita si non servetur illa proportio respirandi, amissae libertatis est iudicium; vel si ab instrumentorum angustia totum thoracem colligi, et frequenter dilatari, neque tamen multum spiritus exsufflari: si à nimio cordis aut pulmonum calore cum magnitudine, frequentia, et celeritate respirationis calidum spiritum exsufflando produci: si à virium imbecillitate thoracis musculorum et diaphragmatis motum sensum offici dubitationem haud parvam magnam esse et fere nullam ab ore exsufflationem fieri percipiamus.

Quare pulmonum et Thoracis Affectuum Spirandi sequitur difficultas.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE

Respondebit Lutetiae M. Guillelmus Giboult Tracissportanus. A. M.D.LXV.

Domini Doctores Disputaturi.

M. Nicolaus Picard. M. Claudius Rousselet. M. Joannes le Gay.
M. Joannes Duchon. M. Claudius Bailly. M. Christophorus Baulduin.
M. Joannes le Conte. M. Stephanus Gourmelen. M. Marinus Simon.